MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS I)

Heiligenkreuz, 1183/1200

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30277
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

bus meis pronuntiavi omnia iudicia. protinus
addidit oris tui. ac si aperte dicat. Illa ego iu
dicia et nosse et pronuntiasse potui que te di
xisse cognovi. nam ea que ipse non loqueris
nostris procul dubio cogitationibus abscondis.
Concordat ergo prophetica apostolicaque sententia.
quia incomprehensibilia sunt dei iudicia. et tamen
que de ore illius prolata fuerint humanis
labiis pronuntiantur. quoniam sciri ab homini
bus et prolata per deum possunt. et occulta possunt.
P. In obiectione mee questiun
cule patuit causa rationis. Sed queso te: si
qua sunt adhuc de huius viri virtutibus sub
iunge. G. Vir quidam nobilis The
Ibi oprobus nomine eiusdem Benedicti patris fuerat
ammonitione conversus. qui pro vite sue
merito magnam apud eum familiaritatis
fiduciam habebat. hic cum quadam die eius cellam
fuisset ingressus. hunc amarissime flen
tem repperit. Cumque diu subsisteret. eiusque non fini
ri lacrimas videret. nec tamen vir dei ut consue
verat orando plangeret sed merendo. que
nam causa tanti luctus existeret inquisi
vit. Cui vir dei ilico respondit. Omne hoc
monasterium quod construxi. et cuncta que fratribus
preparavi. omnipotentis dei iudicio gentibus tradi
ta sunt. Vix autem obtinere potui ut mihi ex
hoc loco anime concederentur. Cuius vocem
tunc Theoprobus audivit. nos autem cernimus qui
destructum a Longobardorum gente eius monasteri
um scimus. Nocturno enim tempore et quiescenti
bus fratribus nuper illic Longobardi ingressi sunt.
qui diripientes omnia nec unum quidem ho
minem tenere potuerunt. Sed implevit
omnipotens deus quod fideli famulo Benedicto pro
miserat. ut si res gentibus traderet. animas
custodiret. Qua in re Pauli video vicem te
nere Benedictum. cuius dum navis rerum iactu
ram omnium pertulit. ipse in consolatione
vitam omnium qui eum comitabantur
accepit. Quodam quoque tempore Exhilaratus noster
quem ipse conversum nosti transmissus a domino
suo fuerat. ut dei viro in monasterium vi
no plena duo vascula lignea que a vul
go flascones vocantur deferret. Qui unum
detulit. alterum vero pergens in itinere abscon
dit. Vir autem dei quem facta absentia la
tere non poterant. unum cum gratiarum actione
suscepit. et discedentem puerum monuit di
cens. Vide fili de illo flascone quem abscon
disti iam non bibas. sed inclina illum caute et
vide quid intus habetur. Qui confusus
valde a dei homine exivit. et reversus vo
lens adhuc probare quod audierat. cum flasco
nem inclinasset. de eo protinus serpens egressus
est. Tunc predictus Exhylaratus puer per
hoc quod in vino reperit. expavit malum quod
fecit. Non longe autem a monasterio vicus
erat. in quo non minima multitudo homi
num ad fidem dei ab ydolorum cultu Benedicti
fuerat exhortatione conversa. Ibi quoque que
dam sanctimoniales femine erant. et crebro il
luc pro exhortandis animabus fratres suos mit
tere Benedictus dei famulus curabat. Qua
dam vero die misit ex more. sed is qui missus
fuerat monachus post ammonitionem fac
tam a sanctis monialibus feminis rogatus mapu
las accepit. sibique eas abscondit in sinu. Qui
mox ut reversus est. eum vir dei vehementissima
amaritudine cepit increpare dicens. Quomodo
ingressa est iniquitas in sinum tuum. At ille ob
stupuit. et quid egisset oblitus. unde corripie
batur ignorabat. Cui ait. Numquid ego illic
non eram. quando ab ancillis dei mapulas ac
cepisti. tibique eas in sinu misisti. Qui mox
eius vestigiis provolutus. stulte se egisse
penituit. et eas quas in sinu absconderat
mapulas proiecit. Quadam quoque die dum venera
bilis pater vespertina iam hora corporis alimen
ta perciperet. eius monachus cuiusdam defensoris
filius fuerat. qui ei ante mensam lucernam
tenebat. Cumque vir dei ederet. ipse autem cum lu
cerne ministerio astaret. cepit per superbie spiritum
in mente sua tacitus volvere. et per cogitationem
dicere. Quis est hic cui ego manducanti as
sisto. lucernam teneo. servitium impendo. quis
sum ego. ut isti serviam. Ad quem vir dei sta
tim conversus. vehementer eum cepit incre
pare dicens. Signa cor tuum frater. quid est quod
loqueris. Signa cor tuum. Vocatisque con
tinuo fratribus precepit ei lucernam de manibus tol
li. ipsum vero a ministerio iussit recedere. et sibi
hora eadem quietum sedere. Qui requisitus a
fratribus quid habuerit in corde. per ordinem narra
vit quanto superbie spiritu intumuerat. et que
contra virum dei verba per cogitationem tacitus
dicebat. Tunc liquido omnibus patuit quod ve
nerabilem Benedictum latere non possit. in cuius
aure etiam cogitationis verba sonuissent.
Alio quoque tempore in eadem Campanie regione fames
incubuerat magna. que omnes alimentorum
indigentia coangustabat. Iamque Benedicti
monasterio triticum deerat. Panes vero pene
omnes consumpti fuerant. ut non plus quam
quinque ad refectionis horam fratribus inveni
ri contristatis potuissent. Cumque vir dei
eos contristatos cerneret. eorum pusillanimi
tatem studuit modesta increpatione corri